MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV)
Klosterneuburg, Anfang 14. Jh. Seite 148r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lucernas inueniunt ar
dentes quas paululo ex
tinctas reliquerunt. Vnde
factum est ut diuulgaretur
miraculum hoc per uniuersam
regionem illam. et exiret
fama de uirtutibus eius.
et omnes qui prope aut longe
erant in regione constitu
ti ad sepulchrum uirginis ue
nientes remedium animarum
simul et corporum quesitum
et dei adiutorio adepti sunt
tam corporis et anime sanitatem
Erat uir quidam in uici
no nobis loco positus cu
ius uxor oculorum infir
mitate ceca est effecta est.
Quam uir suus assumens
deduxit ad monasterium. ubi
uirgo sancta corpore honorifice
quiescebat. Et cum intras
set ecclesiam et ipsa sub quadam
lampade constitisset. re
pente frangebatur lam
pas sub qua constiterat.

et effudit oleum pallio
quo erat induta. omnesque
qui ibi aderant et hoc uide
runt ex eadem gutta oculos
mulieris unxerunt. et sta
tim illuminata est que ceca
fuerat. In crastinum autem in fi
de et spe confortata mulier
sana cum gaudio et leticia re
uersa est in domum suam. Ue
rum longum est cuncta per ordi
nem enarrando perstringere
quanta fecit deus per eam om
nibus confugentibus ad eam
et causam poscentibus sa
lutis quomodo auxilio xpi
ad propria reuertebantur in
colomes qui cum fide eius
nomen inuocauerunt in quacumque
tribulatione quia statim
affuit angelus domini. Latro
nes quoque alio tempore quendam
puerum comprehenderunt.
et ligauerunt eum qui cum
diu teneretur in uinculis
uolebant eum extra patriam